



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1553. usque ad annum 1557

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011857X**

§. 55. Marienburgum, Bovinium, Givacum aliæque urbes captæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66565](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66565)

Sæc. XVI.  
A.C. 1554.

incurfibus liberam redderet, ficque an-  
nona commode advehi, hoftisque iden-  
tidem laceffiri, crebrisque velitationi-  
bus debilitari poffet. His ita difpofitis  
in itinere Conneftabilis Tralonianam, &  
Glajorianam arces, necnon Cimacum  
urbem in fuam poteftatem redegit: In-  
terea vero Sabaudiæ Dux, qui Cæfarei  
exercitus imperium tenebat, Avenen-  
fem urbem obfidione cingendam ratus,  
cunctas copias fuas eo conduxit: San-  
tandreanus tamen adeo fecreto fua ex-  
equebatur juffa, ut jamjam prope Ma-  
riaburgum castra fua locaffet, priusquam  
Cæfarei de ejus adventu certiores fie-  
rent: re autem comperta Conneftabilis  
pariter cum toto fuo exercitu advola-  
bat: cum igitur hujus urbis cives non  
nifi exiguo præfidiariorum numero mu-  
niti effent, hinc tertia obfidionis die tri-  
gefima Junii hoc anno deditionem fe-  
cerant.

§. LV

*Mariaburgum, Bovinium, Givacum  
aliaque urbes captæ.*

Occupata hac urbe Nivernius Dux re-  
liquas arces, quæ Mofæ adjacent,  
a Mazeria ufque ad Givacum fuæ pote-  
ftati fubjecit, tandem vero ad Regem  
contendit, qui Bovinium impetu facto  
cepit, ac pofttea Dinantium cinxit, quam  
urbem

*Thu. Belc. l. c.*

Sæcul XVI. urbem Germani pedites deprædati ingentem stragem edebant, arcem vero Rex solo æquari jubebat. Hisce victoriis Cæsar, qui tum Bruxellis agebat, tantopere turbabatur, ut Anversam recedere statueret, nisi a Ferdinando Gonzaga præpeditus fuisset, qui eidem exposuit, quod retrocedere Cæsaris existimationi, & dignitati minime conveniret; quamvis enim ejus exercitus non adeo copiosus esset, sub signis tamen octo armatorum millia haberet, quibuscum Namurcum tueri, & represso Gallorum impetu Brabantiam a tergo securam reddere posset. Hoc consilium secutus Cæsar Namurcum usque processit, ut hanc urbem, cujus obsidionem pertimescebat, copiis suis tutaretur.

## §. LVI.

*Hannonia a Regis exercitu ferro, flammæque devastata.*

*Belcar. l. 26. n. 50. & seq. Ant. Vera, vie de Char-les V. p. 282.* Adhuc dum Galliarum Rex Dinatii hærebatur, cum Carolus Namurcum veniret, die autem decima octava Augusti Rex, ut Imperatorem ad prælium provocaret, Mariamontium, quod suburbanus Hungariæ Reginæ recessus ad delitias compositus erat, incendio devastari, eodemque furore comburi jussit Balneam aliud oppidum, ubi eadem Regina superbum quoddam Palatium statuit